

EXAMEN DE FIN D'ÉTUDES SECONDAIRES CLASSIQUES
Sessions 2023 – QUESTIONNAIRE ÉCRIT

Date :	08.06.23	Durée :	08:15 - 10:15	Numéro candidat :	
Discipline :	Latin	Section(s) :	CA / CA-LLCO / CA-MAT / CB / CC / CD / CE / CF / CG / CG-COMED / CI		

I. Texte connu (30 points)

Neque enim est hoc dissimulandum, quod obscurari non potest sed prae nobis ferendum : trahimur omnes studio laudis et optimus quisque maxime gloria ducitur. Ipsi illi philosophi etiam illis libellis, quos de contemnenda gloria scribunt, nomen suum inscribunt ; in eo ipso, in quo praedicationem nobilitatemque despiciunt, praedicari de se ac nominari volunt.

Decimus quidem Brutus, summus vir et imperator, Acci amicissimi sui carminibus templorum ac monumentorum aditus exornavit suorum. Jam vero ille, qui cum Aetolis Ennio comite bellavit, Fulvius non dubitavit Martis manubias Musis consecrare. Quare in qua urbe imperatores prope armati poetarum nomen et Musarum delubra coluerunt, in ea non debent togati iudices a Musarum honore et a poetarum salute abhorrere.

M. Tullius Cicero, *Pro Archia poeta*, XI, 26-27 (111 mots)

II. Texte inconnu (30 points)Les esclaves sont des gens comme nous

Vive cum servo clementer¹, comiter² quoque, et in sermonem illum admitte et in consilium et in convictum³!

[...] Non est, mi Lucili, quod⁴ amicum tantum in foro et in curia quaeras ; si diligenter adtenderis⁵, et domi invenies.

Saepe bona materia⁶ cessat⁶ sine artifice⁷ ; tempta et experire !

Quemadmodum stultus est, qui equum empturus non ipsum inspicit, sed stratum⁸ ejus ac frenos⁹, sic stultissimus est, qui hominem aut ex veste aut ex condicione, quae vestis modo nobis circumdata¹⁰ est, aestimat^o.

« Servus est. » Sed fortasse liber animo. « Servus est. » Hoc illi nocebit ?

Ostende quis non sit ; alius libidini servit, alius avaritiae, alius ambitioni, omnes¹¹ spei, omnes timori.

[...] Nulla servitus turpior est quam voluntaria^o.

L. Annaeus Seneca, *Epistulae ad Lucilium*, 47, 13 et 16-17 passim (109 mots)

¹ clementer

avec clémence, avec bonté

² comiter

avec bienveillance

³ convictus, us, m.

la vie commune, le repas commun

⁴ non est quod + *subj.*

il n'y a pas de raison pour que

⁵ adtendo, is, ere, -tendi, -tentum

être attentif, prendre garde

⁶ cesso, as, are, avi, atum

ne pas avancer, rester en souffrance

⁷ artifex, icis, m.

l'artisan, l'ouvrier

⁸ stratum, i, n.

la housse, la selle (*all. Sattel*)

⁹ freni, orum, m. pl.

le frein, le mors (*all. Zügel*)

¹⁰ circumdatus, a, um + dat.

jeté sur

¹¹ *construire* : omnes (servimus) spei